



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

Index Initiorum Quarumcumque Constitutionum, Ac Rubricarum  
Pontificum, Quæ in hoc opere habentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)



# INDEX

## INITIORUM QUARUMCUMQUE CONSTI- TUTIONUM, AC RUBRICARUM PONTIFICUM,

Quæ in hoc opere habentur.

*Index Initiorum quarumcumque Constitutionum, ac  
Rubricarum eorundem CLEMENTI XI.*

### PARS PRIMA.

- Continet Bullas, Constitutiones, Chirographa, & Brevia Memorabilia à Clemente XI. Pont. Max. edita ac promulgata.
1. **I**N supremo militantis &c. Jubilæum Universale, ad implorandum Divinum auxilium initio Pontificatus pro salutari Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ regimine. 4
  2. Reverendiss. Card. Galeazzo Mariscotti. &c. Erectio Congregationis sublevaminis pro alma Urbe. 6
  3. Pastoralis Romani &c. Litteræ Processus, Publicatæ die Cænæ Domini Anno 1701. 6
  4. Romanus Pontifex &c. Facultas transferendi pensiones Ecclesiasticas usque ad summam scutorum centum monetæ Romanæ pro RR. PP. DD. in signatura Justitiæ votantibus. 10
  5. Venerabilibus fratribus &c. Concessio Privilegiorum pro nonnullis suis familiaribus. 11
  6. **Q**uod jam pluriès &c. Concessio Indulgentiæ Plenariæ Christifidelibus Italiæ, & Insularum adjacentium, divinam opem implorantibus, pro pace inter Principes Christianos. 16
  7. Creditæ nobis divinitus &c. Extensis Facultas transferendi Pensiones usque ad summam scutorum centum monetæ aliis concessæ Votantibus signaturæ Justitiæ, & Declaratio, quod etiam dimissi Votantium hujusmodi Officiis eâ uti possint. 17
  8. Pias Personarum &c. Concessio Plurium Indulgentiarum perpetuarum pro Congregatione Missionis. 18
  9. Nuper ad supplicationem &c. Confirmatio Decreti Sacrorum Rituum Congregationis, quo Officium cum Missa de Beato Augustino Dalmata pro Civitatibus Lucerina Zagabriensi, & Traguriensi, necnon earum Diœcesibus, & pro Ordine Prædicatorum de communi tamen Confessorum Pontificum indulgetur. 18
  10. Cum sa. me. &c. Declaratio ut quotiescumque Festum S. Francisci Xaverii incidit in primam Dominicam adventus illud in Feriam secundam immediatè sequentem cum Indulgentiâ transferatur. 19
  11. Alias pro parte &c. Confirmatio Decreti D. Card. Protectoris Ordinis Carmelitarum, authoritate Sacr. Congregationis negotiis Episcoporum & Regularium præpositæ factis quo declaratur facultatem erigendi Confraternitates S. Mariæ Montis Carmeli competere dumtaxat Superioribus Generalibus Ordinis Carmelitarum tam Calceatorum, quàm Excalceatorum; & ab aliis erectas non esse legitimas, & plura alia statuuntur quoad modum recipiendi habitum, seu scapulare pro acquisitione sacrarum Indulgentiarum. 19
  12. Nuper nos ad &c. Concessio Indulgentiarum Christifidelibus Italiæ & Insularum adjacentium, Divinum auxilium implorantibus in præsentibus Ecclesiæ necessitatibus. 21
  13. De salute Domini &c. Jubilæum pro Christifidelibus Italiæ & Insularum adjacentium, Divinam opem implorantibus in præsentibus necessitatibus. 21
  14. Redemptoris & N. J. C. &c. Confirmatio Quorundam Capitulorum cum deputatione Vicarii Generalis, & Definitorum, aliisque ordinationibus pro Ordine Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum. 23
  15. Zelum ac Religionem &c. Concessio Indulgentiarum pro Christifidelibus Italiæ & Insularum adjacentium. 25
  16. Cum, sicut Nobis &c. Damnatio & Prohibitio Libelli typis editi sub titulo: *Veritable Tradition de l'Eglise sur la Prédestination & la Grace &c.* Par Mr. de Launoy Docteur en Théologie de la Maison & Société de Navarre. A Liège 1702. 25
  17. Cum Nos aliàs &c. Damnatio, Reprobatio, ac prohibitio, quorundam Foliorum impressorum sub titulo: *Acte d'Appel interjetté par le Procureur General de Lorraine & Barrois, de l'exécution du Bref du 21. Septembre dernier &c.* 26
  18. Propagandæ per universum &c. Confirmatio & Ampliatio Constitutionis Pauli PP. III. de Privilegiis Neophytorum quoad bona temporalia, cum aliis Ordinationibus facilioris Infidelium, ac præsertim Judæorum conversione. 27
  19. Injunctæ Nobis &c. Concessio Indulgentiæ plenariæ perpetuæ visitantibus Ecclesias Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis Domini à tertiâ mensis Septembris. 30
  20. Essendosi stato &c. Deputatio R. P. D. Vicegerentis pro tempore in Judicem privativum quarumcumque causarum civilium, criminalium, & mixtarum Domus Catechumenorum Urbis, locorumque piorum illi annexorum, necnon Catechumenorum, & Neophytorum eorumque librorum cum derogatione quibuscumque contrariis. 30
  21. Aliàs ad supplicationem &c. Confirmatio Decreti Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo sancitur constituendum esse Procuratorem Generalem pro Discalceatis, & Recollectis, qui Romæ in Conventu Aracælitano resideat, & plura alia circa regimen eorundem Regularium statuuntur. 32
  22. Vincam Domini Sabaoth &c. Confirmatio & Innovatio Constitutionum Innocentii Papæ X. & Alexandri Papæ VII. adversus Jansenianam hæresim editarum cum nonnullis declarationibus pro debita illarum observantia adjectis. 33
  23. Nuper pro parte &c. Confirmatio Decreti Sacræ congregationis Episcoporum, & Regularium, quo Manuale Cæremoniæ Provincie S. Evangelii de Mexico Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia approbatur. 36
  24. Exponi Nobis nuper &c. Unio Provincie Italiæ Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationi Hispaniæ ejusdem Ordinis. 37
  25. Cum sicut, dilecti, &c. Assignatio loci fixi perpetui inter Auditores Rotæ Perusinae uni ex civibus Civitatis Urbini, qui in illius studii Generalis Universitate ad Lauream doctoralem in utroque Jure promotus, & Collegio Generali Doctorum ejusdem Civitatis adscriptus sit. 38
  26. Exponi Nobis Nuper &c. Indultum pro mulieribus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani annuam navigationem contra Infideles suscipientibus, ut eâ occasione in bellicis ipsorum navibus Missam celebrari facere possint tranquillo mari, cæloque sereno, & cum assistentia alterius Sacerdotis, seu Diaconi. 39
  27. Motu proprio &c. Erectio Computistiarum Locorum Montium. 39
  28. Ex eminenti Principis &c. Jubilæum Universale ad implorandam divinam opem pro Pace inter Principes Christianos & aliis præsentibus Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus. 41
  29. Aliàs

ET RUBRICARUM.

29. Aliàs cum ad &c. Declaratio Nullitatis quamplurium decretorum, Ordinationum, mandatorum, edictorum aliorumque gestorum in Ditione Ducis Sabaudie tam ultra, quam citra montes, libertati, immunitati, & jurisdictioni Ecclesiasticæ, atque authoritati Apostolicæ præjudicialium, cum illorum damnatione, revocatione, & abolitione, ac in super cum decreto quod ii, qui illa perpetrarunt, eaque de causâ Ecclesiasticas censuras Sedi Apostolicæ reservatas incurrerunt, minime propterea liber censentur ab obligatione gesta hujusmodi etiam per se ipsos revocandi, & abolendi, vel aliàs debitam eidem Sedi, & Ecclesiæ satisfactionem realiter exhibendi ad hoc, ut absolutiones beneficium obtinere valeant. 43
30. Injuncta Nobis divinitus &c. Indulgentia Plenaria Perpetua pro Visitantibus Ecclesias tam Fratrum, quam Monialium tertii Ordinis S. Francisci in Festis diebus S. Ludovici Regis, & S. Elisabethæ Reginae Hungariæ. 51
31. Ad Apostolatus &c. Declaratio Nullitatis cujusdam Concordiæ in Sedis Apostolicæ, & S. R. E. præjudicium iniectæ super hybernis stationibus, quas Milites Germani in Ducatu Parmæ, & Placentiæ locarunt: firmis remanentibus Ecclesiasticis censuris eidem sedi reservatis, per eos quovis modo incurfis, qui tam eâ occasione loca Ducatus prædicti invaserunt, & perturbarunt, quam nuper timè onera, & gravamina bonis personarum Ecclesiasticarum ejusdem Ducatus intulerunt. 51
32. Injuncti Nobis &c. Communicatio & Extensio omnium Privilegorum, & facultatum, quæ Ordinibus Mendicantium, & Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis competunt, ad Congregationem Fratrum Bethlemitarum. 55
33. Ab ipsis &c. Declaratio Nullitatis gestorum à Præside, aliisque Ministris, & Officialibus Regiæ audientiæ Civitatis Aquilan. libertati & Immunitati Ecclesiasticæ præjudicialium, tam circa cujusdam rei, qui Clericatum allegaverat, condemnationem non expectatâ desuper declaratione Ecclesiæ quam circa sequestrum bonorum Mensæ Episcopalis Aquilan., & subinde secutam ejectionem bon. mem. Ignatii de la Zerda tunc Episcopi Aquilan. è sua Diocesi cum illorum omnium damnatione revocatione, & abolitione. 56
- Universis & singulis &c. Carolus de Marinis Protonotarius Apostolicus, Utriusque Signaturæ Sanctiss. D. N. Papæ Referendarius, nec non Curie Caesarum Cameræ Apostolicæ Generalis auditor, Romanæque Curie Judex Ordinarius, Sententiarum quoque, ac Censurarum, tam in eadem Romanâ Curia, quam extra eam latarum, & Litterarum Apostolicarum quarumcumque Universalis ac merus Executor, necnon in præsentî causâ à SS. D. N. Clemente PP. XI. specialiter Delegatus. 58
34. Cum sicut Nobis &c. Damnatio, Reprobatio & prohibitio quorundam opusculorum & aliorum quorumcumque Librorum, & Libellorum, tam editorum, quam edendorum adversus Decretum Apostolicum super remotione R. P. D. Petri Coddai Archiepiscopi Sebasteni à Vicariatu Apostolico Missionum Hollandicarum, nec non super damnatione quarundam illius scriptionum, cum prohibitione, sub pœna excommunicationis late sententiæ, idem Decretum de cætero quomodocumque impugnandi, sive ei contra veniendi. 61
35. Cum sicut Nobis &c. Damnatio & prohibitio librorum sub titulis: *Doctores Laurentii Pires Carvalho Questiones selectæ de Bulla Cruciatæ Lucitana &c. Epitome das Indulgencias, e privilegios da Bulla Cruzada reparado pera major clarezza em titulos das Indulgencias, e diversas facultades, que contem, com algumas advertencias no principio, composto per Lourenç Pires de Carvalho, &c.* 63
36. Romanus Pontifex &c. Nullitatis Electionum duorum Administratorum Ecclesiarum Gnesnensis, & Uladislaviensis ab illarum Capitulis & Canonicis per abusum laicalis potestatis, ac in præjudicium modernorum Archiepiscopi Gnesnen., & Episcopi Uladislaviensis, respectivè factarum, necnon quorumcumque inde secutorum, cum illorum damnatione, revocatione, & abolitione, ac cum aliis diversis ordinationibus, & decretis super eadem materiâ 63
37. Universi Dominici, &c. Damnatio & prohibitio Libri Gallico idioma impressi in plures Tomos distributi sub titulo: *Le Nouveau Testament en François avec des Reflexions Morales sur chaque Verset &c.* A Paris 1699. ac aliter: *Abre- gè de la Morale de l'Evangile, des Actes des Apôtres, des Epîtres de S. Paul, des Epîtres Canoniques, & de l'Apocalypse ou Pensées Chrétiennes sur le Texte de ces Livres Sacrés &c.* A Paris 1693. & 1694. se vend à Bruxelles chez Eugene Henri Fricx. 67
38. Cum sicut dilectus &c. Prohibitio extrahendi quomodolibet Libros Chartas, & Mobilia, quacumque ex Bibliothecâ Monasterii SS. Fabiani & Sebastiani extra, & prope muros Urbis sub pœnâ excommunicationis ac privationis vocis activæ & passivæ. 67
39. Cum sicut dilectus &c. Extrahendi commodandi, commutandi & asportandi quomodolibet factos libros, & quacumque paramenta, & ornamenta, ac utensilia Ecclesiastica, vasa, calices, & quacumque aliam sacrami suppellectilem ex quâlibet materiâ formatam ex Sacristia, Choro, Ecclesiâ, & Monasterio SS. Fabiani & Sebastiani extra, & prope muros Urbis sub pœnâ excommunicationis, ac privationis vocis activæ & passivæ. 68
40. Commissi Nobis &c. Constitutio ut Festum Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ de præcepto ubique in posterum observetur. 69
41. Inter tot, &c. Concessio Indulgentiarum Christifidelibus status Ecclesiastici tam mediâ, quam immediatâ divinam opem implorantibus, quam in præsentibus gravissimis necessitatibus. 69
42. In supremo &c. Nullitatis Electionis, seu nominationis R. P. D. Francisci de Solis Episcopi Ilerdensis in Gubernatorem Ecclesiæ Abulensis ab illius Decano, Capitulo, & Canonicis per abusum Laicalis potestatis factæ, necnon quorumcumque inde secutorum, & secutorum, cum illorum revocatione & abolitione, ac aliis diversis ordinationibus. 70
43. Ex injuncto Nobis &c. Confirmatio Decreti Congregationis Sacrorum Rituum edicti super sententiâ lata Anno 1647. à bon. me. Cardinale Francisco Maria Macchiavello tunc Episcopo Ferrariensi, qua declaratum fuerat constituisse, & constare de cultu immemorabili Beatæ Lucie de Narnia exhibitio, ac propterea non esse contraventum Decretis fel. rec. Urbani PP. VIII. 73
44. Sacrosancti Apostolatus &c. Constitutio præscribens modum, & formam gubernandi Congregationem Cisterciensem (vulgò S. Bernardi) in Regnis Castellæ, Legionis, & Galleciæ &c. 74
45. Cum sicut &c. Declaratio nullitatis Precum Primariarum, Sacro Romano Imperio vacante, à Vicariis, seu Provisoribus Imperialibus expeditarum, & quarumcumque provisionum, earundem Precum vigore factarum, seu faciendarum. 77
46. Aliàs ad Apostolatus &c. Declaratio nullitatis quamplurium Decretorum, Ordinationum, Mandatorum, Edictorum, aliorumque gestorum in Hispaniis Libertati, Immunitati, & Jurisdictioni Ecclesiasticæ, atque Authoritati Apostolicæ præjudicialium, cum eorum omnium damnatione, revocatione, & abolitione: firmis remanentibus Ecclesiasticis censuris Apostolicæ Sedis reservatis per eos, qui illa perpetrarunt quovis modo incurfis. 78
47. Exponi nobis &c. Constitutio super studiis, & gradibus Ordinis Carmelitarum. 80
48. Cum sicut &c. Præceptum super observatione generalis Interdicti, cui R. P. D. Fabritius Episcopus, Lyciensis à Sæculari potestate violenter ejectus in actu suæ ejectionis Civitatem & Diocesium Lyciensem supposuerat. 84
49. Salvatoris Nostri &c. Motus Proprius Concessionis Venerabilis Ecclesiæ, & Collegii Sanctæ Mariæ Montium Congregationi Piorum Operariofium de Urbe. 85
50. Ex injuncto Nobis &c. Constitutio qua Superioribus, & Monachiis Ordinis Carthusien. sub pœnâ excommunicationis late sententiæ Romano Pontifici reservata interdicitur, ne culcumque personæ, etiam Cardinali, in Monasteriis ejusdem Ordinis caribus vesci permittant. 92
51. Inter multiplices &c. Canonizatio S. Pii V. Pontificis Maximi, ex Ordine Fratrum Predicatorum, illiusque in Sanctorum numerum relatio. 92
52. Nunquam profectò &c. Canonizatio S. Andreæ Avellini Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum, illiusque in Sanctorum numerum relatio. 98
53. Ad Apostolatus &c. Declaratio Nullitatis damnatio, & revocatio restitutionis Ecclesiasticæ communioni Officialium

# INDEX CONSTITUTIONUM

- ñum Civitatis Liparen. *Catapani* nuncupatorum, quos ex  
causa violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ R. P. D. Nico-  
laus Maria Tedeschi Episc. Liparen. in Censuras incurris-  
se declaraverat, temerè, ac damnabiliter præsumptè per  
quemdam Delegatum præsentis Tribunalis Siciliæ, nec-  
non injustè detentionis Didaci Hurtado Vicarii Genera-  
lis illius Ecclesiæ aliorumque exinde secutorum, cum non-  
nullis Declarationibus, Decretis, & Ordinationibus. 104
54. Nuper pro parte &c. Confirmatio Decreti Sacræ Congre-  
gationis Episcoporum, & Regularium, quo sancitur ser-  
vari solum in electione Provincialium Provinciarum S.  
Antonii, & S. Crucis Ordinis Prædicatorum in Indiis  
Occidentalibus, hoc est, admitti ad ferendum suffragium  
Priores Domorum, seu Conventuum, ubi minus etiam,  
quam quatuor Fratres degunt, non obstante Brevi con-  
trario Pauli V. & aliis quibuscumque. 107
55. Circumspecta Romani &c. Constitutio quæ Conventus S.  
Luciæ in Monte Civitatis Neapolitanæ, & Hospitium  
S. Petri de Alcantara Provinciæ Neapolitanæ reuniuntur,  
& reaneantur Provinciæ S. Petri de Alcantara in Re-  
gno Neapolitano, eorumque Dismembratio antea facta  
extinguitur, & aboletur. 108
56. Cum, sicut ad &c. Abrogatio Edicti in Civitate Januen.  
nomine Ducis, & Gubernatorum illius Reipublicæ pro-  
mulgati super præsentia inefficacia declarationis à Domi-  
no Cardinali Flisco Archiepiscopo Januen. Sanctitatis suæ  
jussu publicatæ, qua Frater Thomas Granellus Ordinis  
Minorum S. Francisci de Observantia à nuncupatorum  
Professor denunciatus fuerat excommunicatus. 110
57. Redemptoris & Domini &c. Indulgentia Plenaria Per-  
petua pro visitantibus aliquam Ecclesiam tam Fratrum  
quàm Monialium Ordinis Prædicatorum die 5. Maii Fel-  
to S. Pii V. 111
58. Exponi nobis nuper &c. Concessio Facultatis Magistro  
Generali Ordinis Prædicatorum Antonino Cloche, substi-  
tuendi, quoad vixerit tantum, Vicarius Provincialis Mis-  
sionariorum ejusdem Ordinis pro erectione Confraterni-  
tatum Sanctissimi Rosarii in Tunkini, ac Sinarum Regnis  
112
59. Exponi nobis nuper &c. Concessio Facultatis Magistro  
Generali Ordinis Prædicatorum erigendi in Sinarum Regnis  
unam pro Viris, & alteram pro Mulieribus Confrater-  
nitatem Sanctissimi Rosarii in eodem Loco cum decla-  
ratione quod tam Viri, quàm Mulieres ejusdem Sanctif-  
simi Rosarii Indulgentiis in eodem respectivè Ecclesiis frui  
possint. 112
60. Exponi nobis nuper & Declaratio pro Confraternitatibus  
B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, quod in locis,  
ubi Processiones in unâ Dominicâ cujusque mensis peragi  
nequeunt, Confratres, & Conforores earundem Confrater-  
nitatum proprias Ecclesias visitando, & alia præscri-  
pta opera adimplendo statutis diebus, consuetas Indul-  
gentias consequantur. 113
61. Cum sicut dilecti &c. Inhibitio extractionis librorum, &  
quinternorum Bibliothecæ Conventus S. Mariæ Majoris  
Tybaris Ordinis Fratrum Minorum Observantium S.  
Francisci extra ipsum Conventum, absque auctoritate  
Apostolica sub censuris, & pœnis. 114
62. Non sine ingenti &c. Declaratio nullitatis, Damnatio,  
Abolitio, & reprobatio cujusdam Edicti à Laicali potes-  
tate editi super censuris Ecclesiasticis à R. P. D. Petro  
Secundo Episcopo Casalen. adversus Comitem Jacobum  
Nemours promulgatis: cum variis ordinationibus pro  
exactâ Censurarum hujusmodi observantia, donec vel  
ab habente legitimam ad id facultatem absolutio ab eis  
concessa fuerit, vel illa nulla aut injusta à competenti  
Judice Ecclesiastico fuerint declarate; ac insuper cum  
Decreto, quod ii, qui aliàs videlicet ratione præfati Edi-  
cti easdem Ecclesiasticas Censuras quovis modo incur-  
rerunt, post debitam Ecclesiis præstitam satisfactionem,  
nonnisi à Sede Apostolicâ absolutionis beneficium obti-  
nere valeant. 114
63. Aliàs & nuper &c. Confirmatio Decretorum Congrega-  
tionis sacrorum Rituum super Cultu immemorabili S.  
Libertati de Lauro Ordinis Minorum Regularis Obser-  
vantia S. Francisci, Provinciæ Marchia. 117
64. Unigenitus Dei Filius &c. Damnatio quamplurimum ex-  
cerptarum ex Libro Gallico idioma impresso & in plu-  
res Tomos distributo sub titulo: *Le Nouveau Testament en*  
*François avec des Réflexions Morales sur chaque Verset &c.*  
*A Paris 1699. ac aliter: Abregé de la Morale de l'Evangi-  
le, des Actes des Apôtres, des Epîtres de S. Paul, des Epîtres  
Canoniques, & de l'Apocalypse; ou Pensées Chrétiennes sur le  
Texte de ces Livres Sacrés &c. A Paris 1693. & 1694.*  
cum prohibitione ejusdem Libri & aliorum quorumcum-  
que in ejus defensionem tam hæctenus editorum, quàm  
in posterum edendorum. 118
65. Injuncti Nobis &c. Confirmatio Decreti Congregationis  
Sacrorum Rituum editi super Cultu immemorabili Beato  
Gregorio Papæ X. Exhibito, & casu excepto à Decretis  
fel. rec. Urbani Papæ VIII. 122
66. Inter diuturnas &c. Concessio Indulgentiarum Christifide-  
libus Italiæ & Insularum adjacentium, Divinam opem  
pro præsertione, seu liberatione à grassante in præsens  
epidemicâ Animalium lue implorantibus. 123
67. Injuncti Nobis &c. Constitutio pro feliciori regimine Con-  
gregationis Observantia Lombardæ nuncupat. Ordinis  
Eremitarum S. Augustini. 124
68. Ad plurimas &c. Declaratio nullitatis, Damnatio, abo-  
litio, & reprobatio plurimorum gestorum ab asserto Judi-  
ce præsentis Tribunalis Monarchiæ Siculæ, necnon à qui-  
busdam ejus Delegatis, tam super abrogatione Censura-  
rum, quas R. P. D. Franciscus Archiepiscopus Ramirez  
Episcopus Agrigentini. à Civitate & Diocesi Agrigentini.  
per abusum secularis potestatis ejectus Expulsores suos  
incurrisse declaraverat, quàm super revocatione Ecclesi-  
astici Interdicti, cui idem Episcopus eâ occasione Civi-  
tatem, & Diocesim præfatas subjecerat. 125
69. In excelsa sedis &c. Diversæ ordinationes ad vindican-  
dum Dignitatem, ac Jurisdictionem R. P. D. Isidori Ber-  
tran Archiepiscopi Tarraconensis ab iis, quæ adversus il-  
lum per abusum Laicalis Potestatis attentata fuerunt. 130
70. Motu proprio &c. Constitutio qua plura disponuntur,  
& ordinantur in favorem Artis Agrariæ, & eam exercen-  
tium. 133
71. Ad Apostolatus &c. Declaratio nullitatis, damnatio, abo-  
litio, & reprobatio Edicti promulgati à quodam Delega-  
to asserti Tribunalis Monarchiæ Siculæ nuncupati super  
abrogatione Ecclesiastici Interdicti, cui Vicarius Generalis  
R. P. D. Nicolai Mariæ Episcopi Liparenis Civitatem, &  
Diocesim Liparen. in actu suæ ab eis expulsionis per mani-  
festum Secularis potestatis abusum secutæ subjecerat, cum  
aliis diversis Ordinationibus, Decretis & Declarationi-  
bus. 134
72. De salute gregis &c. Concessio Indulgentiarum pro reci-  
tantibus Coronam S. Brigittæ, & declaratio, quod Su-  
periores, & Religiosi Ordinis S. Brigittæ dumtaxat fa-  
cultatem habeant hujusmodi Coronas benediciendi. 138
73. Ubi alias ad &c. Declaratio super omnimodâ, & inviolabi-  
li observantia Ecclesiastici Interdicti, cui Civitates, &  
Dioceses Catanensis, & Agrigentina subjectæ reperiu-  
ntur, cum rejectione quarumcumque executionum ab ejus-  
dem Interdicti Transgressoribus allatarum, ac additio-  
ne aliarum pœnarum in eos ultra illas, quæ ex prescrip-  
to Sacrorum Canonum jam incurrerunt. 139
74. Nova semper in dies &c. Declaratio nullitatis Præcepti,  
seu Mandati à quodam delegato asserti Tribunalis Monar-  
chiæ Siculæ nuncupati ad impediendam executionem Litterarum,  
Decretorum, Mandatorum, & aliorumque  
Rescriptorum Apostolicorum promulgati, ac ab eo per  
universam Diocesim Catanensem transmissi, cum ejusdem  
Præcepti, seu Mandati, ac inde secutorum, & secutu-  
rorum quorumcumque reprobatione, damnatione, &  
abolitione. 142
75. Accepimus nuper &c. Declaratio nullitatis, damnatio &  
abolitio Edicti, seu Bannimenti à quadam Congregatio-  
ne *Giunta* nuncupata, per secularis Potestatem Regni  
Siciliæ deputata novissimè promulgati, ac effectum impe-  
diendi in eodem Regno executionem Litterarum, Man-  
datorum, & Decretorum Apostolicorum: cum pari  
damnatione, & abolitione quorumcumque similium,  
quæ forsitan de cætero inibi eosdem consilio, sive ad eum-  
dem finem quandocumque, & quomodocumque geri, aut  
ordinari contigerit, ita ut illis non obstantibus Litteræ,  
Mandata, & Decreta hujusmodi omnino observari de-  
beant; ac cum Decreto, quod illi omnes, qui ea de causâ  
Ecclesiasticas Censuras quovis modo incurserunt, seu in-  
currerent, nonnisi à Sede Apostolicâ absolvi possint. 143

76. Romanus Pontifex &c. Extinctio & abolitio prætensæ Apostolicæ in Regno Siciliae Legationis, & Monarchiæ nuncupatæ, ejusque Tribunalis, Judicis Ministrorum, & Officialium quorumcumque. 148
77. Cum nos hodie &c. Litteræ Apostolicæ in formâ Brevis ad Archiepiscopos, & Episcopos nec non utrumque Clerum tam Sæcularem, quàm Regularem, reliquosque omnes Christianifideles Regni Siciliae, quibus præscribitur modus quo causæ dicti Regni ad forum Ecclesiasticum pertinentes in posterum, etiam abolitio Monarchiæ Sæculæ Tribunali, judicari possint, ac debeant in eodem Regno, donec aliâ ratione à Sanctitate suâ, & Sede Apostolica indemnitati, ac commodis Nationis Siciliae plenius, & uberius consulantur. 152
78. Ex illâ die &c. Præceptum super omnimodâ, absolutâ, integrâ, & inviolabili observatione eorum, quæ alias à Sanctitate suâ in causâ Rituum, seu ceremoniarum Sinesium decreta fuerint: Cum rejectione quatumcumque rationum, seu executionum ad ejusmodi, Decretorum executionem declinandam allatarum, ac præscriptione Formulæ juramenti per Missionarios illarum Partium præfentes, & futuros hac in re præstandi. 155
79. Ubi primum &c. Jubileum Universale ad implorandam Divinam opem contra Turcas. 158
80. Innovuit Nobis &c. Declaratio nullitatis, rejeção, damnatio, & abolitio ejusdam actus appellationis, & protestationis à Procuratore Fiscali Regno Siciliae novissimè editi adversus binas Litteras Apostolicas à Sanctitate suâ non ita pridem emanatas super extinctioe prætensæ Monarchiæ Sæculæ, nec non super modo in posterum judicandi Causas dicti Regni ad Forum Ecclesiasticum pertinentes, cùm aliis diversis Ordinationibus, & Decretis. 160
81. Cum nos nuper &c. Concessio Indulgentiarum Christianifidelibus Italiæ, & Insularum adjacentium, Divinam opem contra Turcas, aliisque Infideles implorantibus. 162
82. Viros gloriosos, &c. Beatificatio Servi Dei Joannis Francisci Regis Sacerdotis Professi Societatis Jesu, ejusque Missæ, & officii certis in locis concessio. 163
83. Cum Charissimus &c. Impositio Subsidii unius Millionis Cruciatorum ad favorem Regis Portugalliæ pro sumptibus belli contra Turcas. 164
84. In supremo Apostolicæ &c. Unio perpetua trium Parochialium Ecclesiarum de Jurepatronatus Regis Portugalliæ Regiæ Capellæ M. S. in Civitate Ulyxbonen. pro argumento proventuum eidem Regiæ Capellæ interservientium. 166
85. Ad Pastoralis &c. Confirmatio Novorum Decretorum, seu statutorum Congregationis Musicorum sub invocatione S. Cæciliæ in Urbe institutæ. 169
86. In supremo Apostolicæ &c. Erectio Patriarchalis Ecclesiæ Ulyxbonen. Occidentalis, de Jurepatronatus Serenissimi Portugalliæ & Algarbiorum Regis. 172
87. Circumpecta Romanorum &c. Suspendio Privilegiorum à Sede Apostolicâ concessorum Facultati Sacræ Theologiæ Parisien. ad Sanctitatis suæ, & ejusdem Sedis beneplacitum. 180
88. Sollicita Pastoralis &c. Confirmatio Actorum à Delegato Apostolico pro executione Litterarum Apostolicarum erectionem novæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulyxbonen. Occidentalis concernentium. 182
89. Ineffabili Divinæ &c. Ampliatio Indulgentiarum ad favorem Capituli Patriarchalis Ecclesiæ Ulyxbonen. Occidentalis de Jurepatronatus Serenissimi Portugalliæ, & Algarbiorum Regis. 183
90. Ad augendam Fidelium &c. Concessio Indulgentiæ plenariæ pro Christianifidelibus Ecclesiasticum Interdictum in Civitatibus, & Diocæsi-bus Catanien., Agrigent., & Liparen. Apostolicâ authoritatè appositum inviolatè de præfenti observantibus, ac de cætero, donec illud perderaverit, similiter observantibus. 185
91. Regis pacifici vices, &c. Confirmatio Decretum à Delegato Apostolico editi quoad initium, & Distributionem Orationis quadraginta horarum in Civitate Ulyxbonen. 185
92. Paternæ Cura, &c. Confirmatio Capitularum, seu Ordinationum Regiminis Civitatis Recineti. 187
93. Alias ad retundendas &c. Declaratio nullitatis ejusdam Edicti nomine Sæcularis Potestatis in Ducatu Sabandiæ & Pedemontii Principatu ad supplicationem Patrimonialis generalis dictæ Sæcularis Potestatis editi in præjudicium

- supremi Domini ad Sedem Apostolicam in quibusdam Locis Mensæ Episcopalis Assen. privativè spectantis, cum ipsius Edicti, nec non inde secutorum, & quoad eumque secutorum damnatione, revocatione & abolitione. 190
94. Inscrutabili divinæ &c. Confirmatio Constitutionum Academiæ Theologiæ de Urbe, cum deputatione nonnullorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Academiæ Protectorum, & quorundam Privilegiorum concessione. 192
95. Alias fel. rec. &c. Declaratio nullitatis & reprobatio omnium gefforum, & attentatorum pro D. Principe Gustavo Leopoldo de Dupont, intrusum in administrationem Militiæ Aureæ Constantinien. S. Gregorii cum confirmatione concessione, & assignationis Muneris Magistri Magistri ejusdem Militiæ factæ a fel. rec. Innocentio Papa XII. ad favorem Serenissimi Francisci Farnesii Ducis Parmæ &c. ejusque Familiæ. 195
96. Militantis Ecclesiæ &c. Erectio Ecclesiæ Parmensis Beate Mariæ dell Steccata nuncupatæ in Ecclesiam, & Sedem Conventualium Sacræ Equestris Religionis Constantinianæ, S. Georgii cum pluribus concessionibus ad favorem tam ejusdem Religionis, quàm illius Sereniss. Magni Magistri Francisci Farnesii Parmæ & Placentiæ Ducis, ejusque Successorum. 196
97. Romanus Pontifex &c. Suspendio diversarum gratiarum ab Apostolicâ Sede Philippo V. Hispaniarum Regi Catholico concessarum, nempe Cruciatæ Sanctæ Subsidii, primæ Decimæ, nec non fructuum Ecclesiasticorum unius mensis respectivè nuncupatorum, ad Sanctitatis suæ, & ejusdem Sedis beneplacitum. 203
98. Pastoralis Officii, &c. Monita Pastoralia universis Christianifidelibus data adversus eos, qui Constitutioni Pontificiæ, quæ incipit *Unigenitus* anno incarnationis Dominiæ millesimo septingentesimo decimo tertio, sexto Idus Septembris editæ debitam obedientiam præstare hæctenus recusarunt, aut in posterum recusaverint. 205
99. Ad Apostolatus nostri &c. Declaratio nullitatis ejusdem Edicti sub nomine Senatus in Civitate Turinens. residentis in præjudicium Ecclesiasticæ libertatis, & Pontificiæ authoritatis nuper promulgati, cum illius damnatione, revocatione, cassatione, & abolitione. 208
100. Alias à Nobis &c. Revocatio suspensionis Cruciatæ Sanctæ in Regnis Hispaniarum pro Anno 1720. 209
101. Ad augendam &c. Concessio Indulgentiæ plenariæ perpetuæ omnibus utriusque sexus Christianifidelibus visitantibus Ecclesiam Conventualium Militiæ Aureæ Constantinianæ, B. Mariæ della Steccata nuncupatam Parmen., in Conceptionis & Annunciationis ejusdem B. Mariæ Virginis, nec non S. Georgii, & Basilii Felis diebus, ad supplicationem Serenissimi Francisci Farnesii Parmæ, & Placentiæ Ducis, ac præfate Militiæ Magni Magistri. 211
102. Cum nos Civitatem &c. Prohibitio extrahendi Libros & scripturas ex publicâ Bibliothecâ nuper à Sanctitate sua in Conventu Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum Civitatis Urbinate. institutâ, cum licentiâ in ea retinendi, & asservandi quoscumque Libros prohibitos. 211
103. Alias nos &c. Relaxatio & Revocatio suspensionis Cruciatæ Sanctæ, & aliarum Gratiarum pro Hispaniarum Rege Catholico. 212
104. Equum arbitramur &c. Constitutio Sanctiss. D.N. Innocentii Papæ XIII., quâ assignatio Loc. i. fixi perpetuo inter Auditores Rotæ Maceraten. à sa. mem. Clemente Papâ XI. factâ uni ex Civibus Civitatis Urbini, qui in illius Universitate lauream doctorem suscepit, & Collegio Doctorum ejusdem civitatis adscriptus sit, amplissimè confirmatur. 213
105. Rationi congruit &c. Constitutio Sanctiss. D.N. Innocentii Papæ XIII. quâ Litteræ Apostolicæ sa. mem. Clementis Papæ XI. confirmatoriæ diversorum Privilegiorum, ac Indulgentiarum à Romanis Pontificibus Universitatibus Studii Generalis, & Collegio Doctorum Urbini concessorum, nec non aliquorum Edictorum, & Decretorum in utriusque favorem, à Ducibus, & pro tempore Legatis, & V. Legatis ejusdem civitatis edictorum amplissimè confirmantur. 215
106. Justitiæ & æquitatis &c. Indultum Fratribus Missionariis Ordinis Minorum Sancti Francisci de observantia Reformatorum nuncupatorum concessum, ut post servitium seu Ministerium in Missionibus Æthiopiæ per duodecim annos

# INDEX CONSTITUTIONUM

- Sacræ Congregationi Propagandæ Fidei laudabiliter præstitum, si ad suas proprias dicti Ordinis Provincias redire velint, reversi omnibus privilegijs, & prærogativis, quibus Fratres ejusdem Ordinis qui Ministri Provinciales fuerunt fruuntur, aut gaudent, frui & gaudere possint, ita ut inter ipsos, & alios Exprovinciales servetur æqualitas & quoad præcedentiam sola Paternitatis prioras, seu anterioritas attendatur. 226
107. Cum in iis, &c. Concessio Vineæ in loco Pariolo Sacræ Congregationi de Propaganda Fide, & fundatio Alumnatus pro Juvene Nationis Epiri, seu Albanæ ab eadem Congregatione nominando. 227
108. Cum, sicut &c. Exemptio alumnorum, & Ministrorum Sacræ Congregationis de Propaganda Fide in ejus Collegio, & Palatio commorantium à quibuscumque Juribus Parochialibus Ecclesiæ S. Andreae de Fractis, ejusque pro tempore Rectoris, seu Curati, exceptâ tantum administratione Sacramenti Matrimonii. 229
109. Crediti Nobis &c. Approbatio & Confirmatio Regularum Collegii, seu Seminarii Missionariorum in Conventu Assisien. Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, donec aliter provideatur, destinati. 231
110. Commissi Nobis &c. Approbatio & Confirmatio Regularum Collegii, seu Seminarii Missionariorum in Conventu S. Bartholomæi in Insula de Urbe Ordinis Fratrum Minorum de Observantia nuncupatorum destinati. 233
111. Ubi primum, &c. Declaratio, nullitatis, damnatio, ac reprobatio, quarundam Pactionum à Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Hildensiensis cum A catholicis Principe initiarum, ejusdem Cathedralis aliarumque Ecclesiarum, & locorum piorum Juribus præjudicialium, nec non Orthodoxæ Fidei rationibus, divino cultui, animarumque saluti adversantium. 236
- Coram supremo &c. Responsum Capituli Cathedralis Ecclesiæ Hildensiensis. 238
112. Non sine gravi &c. Declaratio nullitatis, damnatio, & reprobatio Postulationis à Capitulo, & Canonice Cathedralis Ecclesiæ Osnabrugensis factæ de Persona Principis Ernesti Augusti de Brunsvicensi, ac Lüneburgensi Domino notorii A catholici in Episcopum ejusdem Ecclesiæ, cum alijs Ordinationibus. 239

## P A R S   S E C U N D A,

Comprehendit Edicta, Decreta, Monitoria, & Mandata memorabilia ad Spirituale, ac temporale Urbis, Ditionisque Pontificiæ Regimen pertinentia, quæ CLEMENTE XI. PONT. MAX. ejusque auctoritate ab Eminentiss. & Reverendiss. DD. Cardinalibus Vicario, Camerario, Signaturæ Justitiæ Præfecto, & Prodatario, nec non à RR. PP. DD. Governatore Urbis, Auditore Generali & Thesaurario Generali C. A. Auditore Papæ, & Congregationibus particularibus à Sanctissimo specialiter deputatis prodierunt: *Juxta temporis seriem disposita.*

1. **U**niversis & singulis &c. Edictum super Residentia Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Beneficia personalem residentiam requirentia obtinentium, quo ut ad suam Ecclesiam Metropolitanam, Cathedralem, Abbatialem, seu alias quomodocunque residentialem, infra præscriptum tempus se conferant, admonentur. 242
2. La Santità di Nostro &c. Edictum pro Puellis admittendis ad habitum Monasticum, & Novitiis regularem professionem emissuris. 243
3. Accostandosi la Solenita &c. Edictum pro Processionibus Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti. 244
4. Per impedire molti &c. Edictum pro Eremitis. 245
5. Essendosi introdotto &c. Edictum quo interdicitur, ne in nocte Sanctissimæ Nativitatis Domini Sanctissima Eucharistia Fidelibus administretur, nec secunda, & tertia Missa celebrentur præter horam in Missali Romano constitutam. 245
6. La Santità di N. S. &c. Edictum pro puellis recipientibus subsidia dotalia à locis pijs interdicitur, ne sericis vestibus, aut alijs sumptuosius ornamentis utantur sub pena privationis ejusmodi subsidiorum. 246
7. Benche da Noi &c. Edictum quo plura statuuntur de Cæmeterijs, in quibus Sanctorum Martyrum corpora condita sunt. 246
8. La Santità di N. S. &c. Edictum præcipiens Sacerdotibus, aliisque Ecclesiasticis, ut in processionibus funeralibus utantur birreto sacerdotali excepto tempore pluvie, & noctis, & Cadavera in Ecclesijs semper exponantur supra feretrum ad præscriptum Ritualis Romani. 248
9. Essendo state fatte &c. Instructio & Decreta observanda in Oratione contra quadraginta horarum dum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pro Ecclesiæ necessitatibus fidelium orationi solemniter, ac palam exponitur. 248
10. Havendo la Santità &c. Edictum quo sub certis pœnis præcipitur cadavera Ecclesiasticorum in Funeralibus Officijs exponi induta sacris vestibus eorum Ordini congruentibus & Cadavera quorumcumque, etiam Nobilium, & Magnatum, deferri ad Ecclesiam cum feretro præcedente cruce, non autem cum rhedis, alijsve vehiculis. 251
11. La Santità di N. S. &c. Edictum quo plura decernuntur de vita, & honestate Ecclesiasticorum, ac præsertim de Veste & Tonsura clericalibus. 252
12. La Santità di N. S. &c. Edictum præcipiens, ut Sacerdotibus integra elemosyna unius Julii pro qualibet Missa absque ulla diminutione tributur. 254
13. La Santità di N. S. &c. Edictum quo plura Judæis interdicitur ad tollendas corruptelas, & abusus ex illorum cum Christianis consuetudine provenientes. 254
14. Essendo venuto à nostra &c. Edictum de emolumentis funeralibus percipiendis ab Officialibus Hospitalium, Archiconfraternitatum, piarumque Sodalitatum Secularium. 254
15. Havendo determinatio &c. Edictum normam præscribens Confessarijs Ordinarijs, & extraordinarijs Sanctimonialium quorumque Monasteriorum Almæ Urbis observandam. 255
16. Essendo molto conveniente &c. Edictum quo cavetur, ut in admittendis Puellis ad habitum Monasticum, vel Novitijs ad Regularem professionem, religiosa modestia observetur, omnisque procul arceatur pompa, & nullus fiat ea occasione aliorum cujuscumque gradus ad Monialium Ecclesiam invitatus. 256
17. Occorrendo nel Venerdì &c. Edictum super translatione Festi Annuntiationis B. M. Virginis, eò quia inciderat in feriam sextam in Parasceve, cum alijs ordinationibus. 256
18. Essendo per venuto &c. Edictum quo Mulieres Judææ nocturno tempore è septis Judaicæ Nationi in Alma Urbe constitutis exire prohibentur. 257
19. Essendo la Doctrina &c. Edictum quo plura statuuntur pro pio, & saluberrimo exercitio Doctrinæ Christianæ. 257
20. La Santità di N. S. &c. Edictum quo sacrarum Reliquiarum, sacrarumque Cerarum *Agnus Dei* nuncupatarum venerationi consulitur. 259
21. Essendo stati &c. Edictum ad tollendos abusus illorum, qui pro civilibus, aut criminalibus causis in carcerem conjecti sese ab Ecclesijs, & Locis immunibus dolose extractos fuisse allegare solent. 260
22. Essendo pervenuto &c. Edictum præcipiens, ut in omnibus Almæ Urbis Ecclesijs, in quibus Pueri, & Puellæ Doctrina Christiana imbuuntur, eorum Catalogus retineatur. 261
23. La lettura de Casi &c. Edictum pro lectione casuum conscientie certis anni temporibus in designatis Monasterijs habenda. 262
24. La Santità di N. S. &c. Edictum quo plura statuuntur pro Funeralibus Officijs; quibus piæ Laicorum Sodalitates intersunt. 262
25. La Santità di N. S. &c. Edictum Licentiam coercens eorum, qui vestibus seu Sacris Piarum Sodalitatum abutuntur cum alijs Ordinationibus. 263
26. Benche con diversi &c. Prohibitio extrahendi ab Alma Urbe Statuas marmoreas & cujuscumque metalli, gemmas, tabulas pictas, & alijs pretiosas, cum alijs Ordinationibus. 263
27. Cognoscendo la Santità &c. Edictum quo caveatur, ne lectiones utriusque Juris, & Medicæ facultatis tradantur in privatis domibus extra Archigymnasium Sapientie, cum alijs ordinationibus. 265

28. Premendo fonnamente &c. Edictum quo Picturam, Marmoratorum, Musivorum inscriptionum, aliarumque ejusmodi rerum antiqui operis conservationi prospicitur, & plura insuper quoad Codices, libros, scripturas, & diplomata manuscripta statuuntur. 267
29. Univerſis, & ſingulis &c. Præceptum Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalis Camerarii injunctum Principi Cisterne, Principi Montaphiæ, & Marchioni Cortanzæ, seu Cortanzeſi, eorumque Subditis, ne Serenissimum Sabaudicæ Ducem, & Principem Pedemontis recognoscere audeant in supremum, & directum Dominum prædictorum Feudatorum, nec illi ullum subjectionis actum præstent, minusve contributiones, seu alia onera illis imponenda persolvant; Sed Sanctam Sedem Apostolicam, & Summum Romanum Pontificem dumtaxat in supremum, directumque Dominum Dictorum Feudorum recognoscant. 268
30. Univerſis & ſingulis &c. Præceptum Injunctum Marchioni Cortanzæ, seu Cortanzeſi, ejusque Vasallis, ne audeant Serenissimum Principem recognoscere in supremum Dominum præfati Marchionatus nec illi ullum subjectionis actum præstare, vel contributiones, aut alia, onera persolvere seu persolvi facere; sed Sanctam Sedem Apostolicam, & Summum Pontificem Romanum dumtaxat in Supremum Dicti Marchionatus Dominum recognoscant. 269
31. Univerſis & ſingulis &c. Præceptum Injunctum, seu renovatum Communitati & Homiſibus, Caſtri Curtanſoni in Comitatu Aſtenſi, ne Serenissimum Ducem Sabaudicæ, & Pedemontis Principem recognoscere in Supremum Dominum ejusdem Caſtri, nec illi ullum subjectionis actum præstare, aut contributiones persolvere audeant in præjudicium alti, Supremi ac directi Domini super eodem Caſtro ad Sedem Apostolicam, & Summum Romanum Pontificem pertinentis. 271
32. Univerſis, & ſingulis &c. Renovatio Præcepti Injuncti Communitati, & homiſibus Cisterne, ne Serenissimum Sabaudicæ Ducem, & Principem Pedemontis recognoscere audeant in supremum Dominum d. Caſtri, nec illi ullum subjectionis actum præstare, vel aliquam contributionem persolvere in præjudicium alti, directi, & supremi Domini super eodem Caſtro ad Sedem Apostolicam & Summum Romanum Pontificem pertinentis. 272
33. Novissimè verò ad &c. Renovatio consimilis Præcepti aliàs injuncti Communitati, & Homiſibus Cortanzæ; & Declaratio nullitatis cujusdam Memorialis sub nomine d. Communitatis præfati Serenissimo D. Duci Sabaudicæ. 274
34. Novissimè verò ad &c. Renovatio consimilis Præcepti aliàs injuncti Communitati, & Homiſibus Montaphiæ &c. 275
35. Novissimè verò ad &c. Renovatio Præcepti aliàs injuncti Communitati, & Homiſibus Cortanzoni Aſten. Dioc. 276
36. Univerſis, & ſingulis, &c. Declaratio nullitatis, reprobatio & damnatio omnium gestorum, & attentatorum ab Officialibus Serenissimi Ducis Sabaudicæ, & Principis Pedemontis contra Communitates, & homines Cisterne, Montaphiæ, Cortanzæ, & Cortanzoni in præjudicium supremi domini eorumdem locorum ad Sedem Apostolicam, & Summum Romanum Pontificem pertinentis. Nec non citatio, & Monitorium contra prædictos Laicæ Potestatis Officiales ad comparandum, & allegandum causam quare declarari non debeant incidisse in censuras, & pœnas &c. ob ejusmodi attentata, & perturbata Sedis Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ jurisdictionem, & auctoritatem. 277
37. Christi nomine invocato &c. Sententia S. R. E. Cardinalis Camerarii quâ irritantur, cassantur, & annullantur omnia gesta, & attempta tam ab Officialibus, & Administris Serenissimi Ducis Sabaudicæ, & Principis Pedemontis contra Communitates, & Homines Cisterne, Montaphiæ, Cortanzæ, & Cortanzoni, quàm ab eisdem Communitatibus, & Homiſibus in præjudicium alti, & Supremi Domini ad Sanctam Sedem, & Cameram Apostolicam, super omnibus præfatis locis pertinentis. Nec non omnes antedicti Officiales, & Administris propter præmissa singillatim excommunicati declarantur. 280
38. Hic auctoritate nostra &c. Publica Declaratio, & denunciatio Excommunicationis Officialium, & Administrorum Bullarium Romanum Continuatio Pars II.
- rum Serenissimi Ducis Sabaudicæ, & Principis Pedemontis ob præmissa delicta. 282
39. Effendoli avuti diversi &c. Edictum quo antiqua prohibitio Quatrecentorum areorum exterorum instauratur. 283
40. Riflettendo la Santità &c. Edictum quo introductio quorundam Pannorum laneorum inferioris qualitatis ab exteris ditionibus in statum Pontificium, eorumque retentio, commercium, ac usus post annum à Die promulgationis ejusdem Edicti computandum sub gravibus pœnis interdicuntur. 284
41. Effendo nato qual &c. Confirmatio Edicti, ejusque extensio, & ampliatio ad Telas sericas damascenas, & villosas, adjectâ pœnâ Sarcinatoribus, & aliis, qui ex iis vestes aut ornamenta conficere ausi fuerint. 285
42. Affinche maggiormente &c. Renovatio præcedentium Edictorum, quibus Panni lanei exteri inferioris qualitatis, nec non Telæ sericæ damascenæ, & villosæ extræ invehî, aut retineri in Ditione Ecclesiastica prohibentur, & nonnulla alia pro eorundem Edictorum inviolabili executioni statuuntur. 286
43. Ad parendum &c. Variæ Ordinationes, & Provisiones ad Commissionem, & propositionem Causarum in Signaturâ Justitiæ pertinentes. 287
44. Ad parendum &c. Quo præcedentes ordinationes instaurantur, & aliæ adjiciuntur. 287
45. Ad parendum &c. Aliud Edictum quo priora Decreta Signaturæ Justitiæ instaurantur, & aliâ adjungantur. 288
36. A tutti & ſingoli &c. Quo omnibus de Beneficiis Ecclesiasticis personalem residentiam requirentibus præcipitur, ut infra constitutum terminum ab Urbe discedant, & ad residentiam se conferant sub pœnâ, si secus fecerint; amissionis eorumdem Beneficiorum, & insuper singulis descriptis & describendis in notulâ provisionis Beneficiorum mandatur, ut infra tres menses à die affixionis ejusdem notulæ computandos Bullas Apostolicas expedire teneantur sub pœnâ privationis dictorum Beneficiorum. 290
47. Ancorche per &c. Edictum quo sub pœnâ incurſus in cîfmen læsæ Majestatis, & confiscationis bonorum omnibus Subditis Pontificis interdicuntur, ne Milites conscribere tam in Ditione Ecclesiastica, quàm extra eam, neve stipendium accipere audeant, aut bellica instrumenta suppeditare pro servitio cujuscumque Principis; & aliâ pro publicâ tranquillitate statuuntur. 291
48. Riconoscendoli da &c. Edictum adversus usuras, & alios illicitos contractus. 292
49. La legge del buon &c. Edictum ad cohibendos abusus in Theatris. 293
50. Univerſis & ſingulis &c. Monitorium die 21. Maii 1707. vigore specialis Chirographi Pontifici expeditum contra Pro-Regem Neapolit., & alios secularis potestatis Officiales ob violentam expulsionem Archiepiscopi Surrentini è Civitate Surrenti, & Regno Neapolit. quia quia ipse Ecclesiasticam Immunitatem, & Episcopi auctoritatem strenuè defenderat. 294
51. Illustriss. & Reverendiss. &c. Præceptum die 30. Julii 1707. vigore specialis Chirographi Pontifici expeditum, quo omnibus Ecclesiasticis Secularibus, & Regularibus in toto Regno Neapolitano existentibus mandatur; ut Dominicum Garopholum Provinciae Calabriae ultra olim Præsidem, ab Archiepiscopo Rheginen. ob violatam Immunitatem Ecclesiasticam excommunicatum, & à decennio, & ultra inſordescentem, singulis diebus Dominicis, & Festis in eorum quisque Ecclesiis, Candelis accensis, & pulsatis Campanis, palam ac solemniter excommunicatum, & aggravatum denunciet, ejusque communionem evitent, & ab aliis evitari curent. 298
52. Univerſis, & ſingulis &c. Monitorium die 30. Julii 1707. expeditum contra Præsidentem Civitatis Aquilæ, & alios Secularis Potestatis Officiales reos violentæ expulsionis Episcopi Aquilani è dicta Civitate, & Regno Neapolitano ob Ecclesiasticam Immunitatem & Episcopalem auctoritatem ab eodem Præsule strenuè propugnata. 300
53. Univerſis, & ſingulis &c. Monitorium die 13. Octobris 1713. vigore specialis Chirographi Pontifici expeditum contra reos, fautores, & complices violentæ expulsionis Archiepiscopi Messanenſis, Episcopi Catanenſis, & Episcopi Agrigentini, à Regno Siciliae ob im-

# INDEX CONSTITUTIONUM

- intinitatem, & jurisdictionem Ecclesiasticam ab ipsis constanter assertam. 303
54. Universis, & singulis &c. Monitorium die 13. Octobris 1713. vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra Franciscum Miranda, & Gayarre assertum Judicem praesentis Tribunalis Monarchiae Siculae, ex quo Censuras ab Episcopo Catanensi contra Expulsores suos pronunciatas nullas, ac injustas, nec non Interdictum ab eodem Episcopo in actu suae expulsionis Civitati Catanensi, ejusque Diocesi appositum nullum pariter, ac injustum declarari fecerit, & plura alia in gravissimum Jurisdictionis Ecclesiasticae, & auctoritatis Sanctae Sedi Apostolicae praedictum perpetrare ausus fuerit. 310
55. Universis, & singulis &c. Monitorium die 12. Januarii 1715. vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra Jacobum Longo assertum Judicem praesentis Monarchiae Siciliae, & plures alios a laicali Potestate Delegatos, qui Ecclesiasticum Interdictum Civitati Agrigentini, ejusque Diocesi ab illius Episcopo appositum, & a Sanctissimo confirmatum violari fecerunt, illud observantes multifariam vexarunt, alios ad ejus violationem compulerunt, pluraque alia impia, & execrabilia ibidem perpetrarunt in contemptum Censurarum, & Ecclesiasticae, ac Apostolicae Auctoritatis. 313
